

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 05 : De Rhea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[130\] : De Rhea](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 05 : De Rhea](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 06 : De Rhee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 05 : De Rhee](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - IX, 05 : De Rhea, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6051>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 965-975

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Rhéa](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ribus. At Lucianus in astrologia sensit animū Bellerophontis ad sublimium rerum speculationem elatum equum fuisse creditum alatum, atq; ita rem fabulis inuolutam. Alij ad astronomicas rationes hæc ipsa quæ de physicis dicta sunt, transtulerunt, eaq; fieri inquit pro viribus astrorum, quas cum prior Bellerophon deprehendisset, dictus est in cælum ascendisse. Alij dixerunt Bellerophontem à Pegaso alato vectum Chimæram interemisse, quia is celestem prior inuenit & frenum, ut ait Pindari interpres: sicuti bigarum inuentor fuit Castor, quadrigas Erichthonius Atheniensis inuenit. Dictus est is equus alatus, ut voluerunt quidam, nauigium, cum ille prior omnium inuenerit nauigare classe, atq; ordinem classis instruendæ, cum vela & remi alæ sint nauigiorum. Hic igitur nauali prælio Solymis populis bellicosis superatis, quos leonibus similes dixerunt poete, Amazonibus arma intulit, quas per loca difficilia & montosa peragantes capras vocarunt. Insidias porro quas Iobates è lectissimis iuuenibus illi parauerat redeunti, caudam serpentis vocarunt. At de Bellerophonte satis, nunc de Rhea dicamus.

De Rhea. CAP. V.

RHEAM scripsit Hesiodus in Theogonia Terræ & Cœli fuisse filiam, cum ita de filiis Terræ loquitur:

Οὐρανὸν ὀλυνθεῖσσι τέκ' ἠ' κεκρόν' βαθυδίνῳ,
Κοῖον τε, κρείον δ', ὕ' πῶδ' ὀϊά τ', ἰ' ἀπ' ἰόν τε,
Θείαν τε, ῥ' ἑάν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε.

*Oceanum peperit Cœlo coniuncta profundum,
Cœniq; Cœumq; Hyperionq; Iapetumq;
Thiamq; Rheamq; Themimq; Mnemosinenq;*

At Orpheus in hymnis Rheam primam omnium à Deo factā fuisse inquit, quem Protogonū appellat, cum ita inquit:

Πόττα ῥ' ἴα, θύοιτιρ πολυμέρῃσι πρωτογόνοιο.

O Rhea Protogoni genitorum filia summi.

Quæ cum fuisset postea Saturni vxor credita, ita de illa scripsit idem Orpheus:

Πόντιμ', ἀγλαόμερῃ, κρόνῃ σύμικτιρ μακάρεσσι,
Saturni felix coniux, cui splendida forma est.

Ex hac idem poeta terram, & mare, & cælum, & ventos genitos fuisse tradidit, quæ Deorum & hominum parens appellata est, ut patet in his carminibus eiusdem Orphei:

μητρὶ μὲν τοιαύτῃ, ἥ δὲ θνητῶν ἀνθρώπων
(ἐκ τοῦ γὰρ καὶ γαῖα καὶ ὕδατος διότις ὑπερθεῖς,
καὶ πάντα, πνοαὶ τε) φιλοῦσθαι, ἀνθρώποις.

Mater Divorum pariter, materque Virorum:

Ex te terra parens frugum, calumque profundum,

Et mare cum ventis: veloci percita cursu.

Hanc ipsam Iouis fuisse matrem testatur Callimachus ita in hymno in Iovem:

ἰς δὲ παρθασίῃ ῥ' εἰς τίκος, ἤχι μάλιστα
ἰσχεῖ δ' ἔσσι γάμοις ἰπιδασκαπῖς.

*Nam te in Parthasia peperit Rhea, sunt tibi colles
Arboribus tellis frondosis.*

Fabulati sunt hanc Deorum matrem à quatuor leonibus in curru vehi solitam, & corona turrata coronari, cuius in manibus sceptrum addiderunt, & sacerdotes tympana atq; pulsabant, & Corybantes armati circumstabant incedentem, circa quam erant feræ permultæ, quarum mater credita est, ut inquit Lucretius libro tertio:

Quare magna Deum mater, materq; ferarum,

Et nostri genitrix hac dicta est corporis una.

Hanc veteres Oratum docti cecinere poeta

Sedibus in curru biungos agitare leones.

Hanc Deam primam fuisse crediderunt, quæ vrbes condidit, & turres ad defensionem excogitavit. quare ita scripsit Virgilius libro decimo:

Alma parens Idaea Deum, cui Dindyma cordi,

Turrigena que vrbes, biungiq; ad frana leones.

Tympanum illi præterea tribuerunt, quod pulsabatur in sacris, & a castratis sacerdotibus colebatur cum magno tibia-rum cornicinumque strepitu. Illud autem factum fuit ob At-yos memoriam Phrygij pueri, qui cum à Rhea amaretur, ne-que tamen eius desiderio vellet satisfacere, perpetuam virgini-tatem se servaturum pollicitus est. At cum eam non servasset, à Rhea in furorem percitus seipsum euitavit, atque sacerdo-tem illi Dææ, cui fidem violaverat, dicavit. Alij dicunt Atym fuisse eius Dææ sacerdotem ab illa Dea sacrificiis præfectum illa lege ut perpetuam castitatem servaret: sed postea promissi-parum memor Sangaridem nympnam compressit, è qua Lydum, qui Lydiae nomen dedit, & Tyrrhenum, à quo vocamur

est Tyrrhenia, suscepit, ut ait Dorotheus Corinthius in historiis. at Dea irata furorem immisit Atyi, qui sibi testes execuit, violentas etiam manus iugulo illaturus, nisi Dea miserta in pinum arborem sibi consecratam conuertisset. Alij tamen ex Hercule & Iole Tyrrhenum & Atym prædictum esse natos maluerunt, ut scripsit Solstratus in secundo introductionis historiarum fabulosarum. quare non mirum est si propter antiquitatem suscepti argumenti vel ego quoque ipse à me dissentio, cum variorum scriptorum opiniones in variis locis sim secutus. Inde verò mansit ea consuetudo, ut à Gallis vocatis sacerdotibus muliebri habitu indutis Rhea coleretur, ut testatur Lucianus in Dea Syria. idcirco, quòd vterentur tympanis in eius sacris, ita de illa scripsit Orpheus in hymnis:

τὺ μπάνδι εἶπε, φίλαις ῥομανίε, χαλκὸν ῥοτὴ κέρη.

Tympana quatenus mulcent, tinnitumque aru acuti.

Sic & Ovidius libro primo de Ponto:

Ante Deum matrem cornutibicem adunco

Cum canis, exigna quis stipula araneget?

Huic Dex pinus arbor sacrata fuit, quòd in eam arborem denique Atym ab illa amatum, mutatum fuisse credunt, ut testatur Ovidius libro decimo Metamorph. in his:

Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus,

Grata Deum matri, siquidem Cybeleius Atyi

Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.

At enim pinu postea coronatis sacerdotib. sacrificare mos fuit per aliquod tempus. Alij fabulati sunt Iouem per somnū in terram semen profudisse, ex quo terre cōceptu Genium humana figura, sed ambiguo sexu produsse in lucem Agdistē appellatū, cui Dij virile partē execuerunt, è qua deiecta nata est amygdalus, cuius fructus decerpens Sāgarij fluminis filia in sinu addidit: at illis evanescētib. puella grauida facta mox enixa est puerum, qui cum depositus fuisset in sylua, & à cæpra educatus, forma creuit multo humana præstātiore. eius amore miro captus est Agdistes cum adoleuisset, q. cum Pessinuntis regis filiā esset ducturus, à superueniente Agdiste tantus furor immissus est, ut non Attes solum, sed etiā socer sibi pudenda præciderint. quare Rhea ob formam illum sibi sacerdotem Gallum asciuit, ut ait Pausanias in rebus Achaiconū. Huiusce Dex famuli & Curetes & Corybātes vocati sunt: nam cum infantiā, ac beluinam

quandam rabiem imitarentur, vocati sunt Corybantes à iaciendis capitibus infanorum more. Hi dicti sunt etiam Galli, à Gallo fluuio Phrygiæ, cuius hausta aqua vertebantur in furorem, atq; testa se castrabant. Quamuis alij ita vocatos censuerint, quia dæmones essent, qui furorem immitterent. Fiebant autem huius Dæi sacrificia die nono Iunæ, vt innuit Nicander in Alexipharm. cum magna vociferatione:

ὦ ἄτ' ἀστερόεντες ἑκάκορος βοώμεσσι
 εἰν ἄδ' ἀλαφρόν τε ἰνυχρίμην τε καλὸν ὄντα,
 μακρὸν ἰπὶ μῦθ' ἀγαλῶσθ' ἑρῶν· οἱ δ' ἐπὶ λῆσιν,
 ἰδμεν ῥιγῆλόν ὄτ' εἰσπίωσιν ὑλαγμόν.

*Vtique Rheæ matris olim diuina sacerdos
 Ipsa diu luna iam nona luce propinquat,
 Clamoremque altum tollit: per densa cuncti
 Diffugiunt, postquam ceperunt auribus ipsæ
 Idea matris horrendos forte violatus.*

Quo tempore cum Dæi imagine asino imposita sacerdotes obire vicos mendicantes consueuerunt cum tympano illi Dæi sacrato, quo metu ac reuerentia Dæi quasi præsentis vel à nolentibus extorquerent victui necessaria, cum imaginem scutum famis vocet, ac sitis, vt patet in iambis fabulosis Gabræ, qui ita scripsit per iocum:

τὰ μοις ἀγορεύεις εἰς τὸ κοινὸν ἰπὶ ἄσθ
 ὅτις τις ἢ κ' ὀμειρος, ἀλλὰ δυνάμει μιν,
 ὅστις φέρη πτωχοῖσι καὶ πικύροισι
 πένης σάκος, δίδωσι τε, καὶ κακῆς τέχνης.
 ὅττι δὲ κύκλῳ πᾶσιν ἐξ ἰδμεν κώμῳ
 πῶς ἰέντα ἔλασον, τίς γὰρ ἀγορεύων
 ἢ κοῖδ' αὖτ' ἢ πῶς ἀδύκον ὡς ἰπὶ ῥῶν;
 τίς ἢ κ' ἀπυρχῆς δαυρίων τε καὶ σίτων,
 ἀγνοῖ φέρον δίδωσι τυμπάνῳ ῥ' εἶν.

*Communis emptus est asellus à Gallis
 Præstigiatoribus miser, parum felix,
 Scutum vt ferat famis sitique mendicis
 His & dolosis, artus & mala vasa.
 Villæ vagantes qualibet, velut mos est,
 Dixere: rusticum qui est lateat lasus
 Quem pulcher Attus, atque vt est uencismus
 Qui tritici, leguminumque non Rheæ*

De tyranno puto primitias praeberi?

Fuit enim antiquorum consuetudo sacerdotum multorum ut per vicos vagaretur, ac victum in honorem quorundam Deorum colligerent à Cleobulo Lindio primum instituta, cum victus è templo non suppeteret: qualis fuit mos etiam Coronistiarum vocatorum sacerdotum, de quo ita mentionem fecit Phoenix Colophonius poeta Iambicus in his:

ἰοῖλοι, κορώνη χεῖρα πρόσδοτα κριθῶν,
τῇ παιδί τῃ Ἀπόλλωνος, ἢ λίκεσ πυρῶν,
ἢ ἄρτον, ἢ ἡμικτον, ἢ ὅ τι τις χεῖρ ἔει-
δὲν ὡ γὰρ αἱ τῶν τις δ' ἔκαστος ἐφ' ἑαυτὸν
ἔχει κορώνη· καὶ ἄλλα λήψεται χόνδρον.
φιλή γὰρ αὐτὴ πᾶσιν χυτῶνται δαίνυνται.
ὅτι ὡ ἄλλας δὲς, αὐτὴ κηρίον δ' ὥσδε.
ὡ παῖ κορώνῃ κλινὴ πλῆτος ἤκουσε
καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φίρμα σῦν.
θιοί, γίνονται μὲν ἀπὸ μῆτις ἢ κέρη,
καὶ φησὶν αὐτοὺς κόνεμας ἐν ἱεύροι·
καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κῆρον εἰς χεῖρας,
καὶ μνηστὴ κέρῳ εἰς τὰ γυναικα κατ' ἐν
θάλασ, πρὶ φησὶν γυναικὰ τοῖς κασιγνήτοις.
ἔγὼ δ' ἴδ' ὅ κε πρόσδε φίρμασιν, ὅφρα λαμοῦν
ἀμείβομαι μύσσει πρὸς θυράσ τε δ' ὧν
καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλείστα τῶν γε.

In quibus iambis patet quod vagantes illi sacerdotes fingebat Deam hisce muneribus vesci, quae suis sacerdotibus offerebatur: cum ipsi praeterea pro salute & incolumitate illorum precarentur, à quibus munera ipsi Dæi fuissent oblata. atq; non solum triticum, vel hordeum, vel ceteras huiusmodi fruges colligebant, sed quodcunq; illis commodum humanæ vitæ offerebatur. quorum carminum hæc est sententia:

*Boni, Corona tradite hordei manum,
Vel tritici puella Apollinis sacri,
Panemve sem merum, quod aut cuius placet.
Date, o boni, quod quislibet manu tenet
Vestrum Corona, nam saltem & chondrum capit,
Libenter illa prorsus hisce vescitur.
Ceram dabit rursus, saltem qui nunc dedit.
Puer Coronam clare Plutus audijt.*

*Fetus Corona Virgo multas attulit.
 Des, sit illa mox petenda ab omnibus,
 Et splendidum inueniat Virum atq; diuitem.
 Mox filium patri seni det in manus,
 Matris puella ludat inter & genna,
 Simul foraremque educet cum fratribus.
 Ego pedes quò conferunt me & lumina
 Cedo, atq; Musis ad fores idem cano
 Non dantibus, sed plura dantibus simul.*

Vocabantur autem Matragyrtæ sacerdotes illi, qui in honorem matris Deum consimiliter pecuniam in templis colligebant, vel ad singulas domos accedentes; quod innuit Ouid. in lib. de Ponto:

*Et quis ita est audax, et limine cogat abire
 Istantem Phariatinnula sistrâ manu?*

Significat vel nomen ipsum, quòd in honorem matris Deum colligebant, cum *μήτηρ* matrem, *ἀγύρτης* prestigiatores ac mendicum significet. quare inquit Lucianus in *Æsculapio & Hercule*: οὐδὲ ἰπποπόπῃς ἀγύρτης ἀγύρτης: *Tu autem herbarius es & mendicem.* fecit mentionem de hoc nomine Arist. etiam in tertio libro Rhetoricorum, qui locus cum ante nostrâ aetate legeretur deprauatus, Petri Victorij patricij Florentini ac viri clarissimi ingenio est integritati restitutus, ut mihi, cum essem Florentiæ, multis rationibus probarunt viri quidam eximie integritatis & eruditionis, atque in primis Vincentius Borghinus, vir omnium quos unquam cognoui, multiplici rerum cognitione præstantissimus. horum grauium testium autoritate commotus non potui non sum in opere improbare M. Antonij cuiusdam Maioragij nescio impudentiam ne appellem, an exquisitam ambitionem; qui omni explicatione propè Aristotelicæ artis ipsius Victorij scriptis accepta, ut ex iisdem viris illustribus cognoui, ex hac emendatione elatus, mox alibi in Victorium ipsum non semel insuleauit, & per huius loci correctionem viros omnes clarissimos suæ ætatis insectatus est: atque in primis Herimolaum Barbarum virum præstantissimum. Quasi verò maior gloria è maledictis in alios, quàm è bonitate splendoreq; explicationum possit comparari. Habebat Maioragius ante oculos Primi Comitis affinis sui modestiam & integritatem ad imitandum, qui Primus non solum est ob singularem erudi-

eruditionem non obscurum Mediolani ornamentum, sed etiam ob bonitatem, & animi moderationem. Caterum quod in templis etiam pecunias colligerent in honorem eiusdem matris Deorum, facile patet ex his carminibus Ovidij:

Ante Deum matrem cornu tibi cen adunco

Cum canit, exiguus quis stipulae arae neget?

Hæc eadem Dea vocata fuit varijs nominibus, nã & Proserpina, & Isis, & Cybele, & Idæa, & Berecynthia, & Tellus, & Rhea, & Vesta, & Pandora, & Phrygia, Pylæna, & Dindymena, & Pessinuntia à locis aliquando vel à causis vocata est. Fertur Rhea ubi Iouem in utero gestaret, atq; Saturni deuitaret prædictam crudelitatem, ad montem Thaumasiûm Arcadiæ peruenisse, qui mons fuit ab Hoplodamo, alijsque illius socijs Gigantibus in auxilium accitus, si fortè Saturnus illi viam inferre parauisset. Hic autem mons non procul distabat à Molosso flumine. Fama est Rheam in parte quadam Lycei peperisse, atq; in hoc monte deceptum fuisse Saturnum cum lapidem pro filio accepisset, cuius in iugo spelunca fuit quædam, in quam ingredi viris religio prohibebat, cum solis fœminis initiaturis sacris introire fas esset. Testatur Lucianus in Nigrino satis fuisse Phrygiæ tibiæ sonû ad incitandos ad sacrificia Rheæ sacerdotes, cum illo audito statim in furorẽ verti soliti essent. Neq; verò pinus solum sacrata fuit Deorû matri, ut diximus, sed etiam quercus, ut testatus est Apollodorus lib. 3. de Dijs. Et vitis, ut sensit Euphoriôn, quando quidẽ eius etiam effigiem è vite facere solebant. Atq; Titæ & Cylleno prius Milesij sacrificare cõsueverunt, deinde Deorû matri, cuius Deæ ara frondibus quernis ornabatur, ut testatur Apollon. lib. 1. Argon. in his:

ῥωμὸν δ' αὖ χερᾶδες παρηνήσαν ἀμφὶ δὲ φύλλοις

εὐφύλλοις δρυϊνοῖσι θυηπολὶς ἐμύλοισι,

μητέρα δινδύμῳ πολυπόττιαι ὑπελίσσονται,

ἰνναίτην φρυγίης, τιτίην δ' ἄμα κυλληνόν τε

οἳ μῆτορ πολέων μαιρηγίηαι ἢ δ' ἐπάρειδροι

μητέρες ἱθαίης κακλήσται, ὅσοι ἴασι

ἀάκτυλοι τ' ἀϊός κρηταί τε ὅς ποτε νύμφη

Ἀχιλλῆα δικταῖαν ἀνὰ πύλιν ἀμφοτέρησι

δραχμῆν γαῖαν οἰαζέσθαι ἱβλάτῃσι.

Accumulant ara lapides, quam frondibus ornant

Querni, & sacrum operantes lauribus aram,

*Dindymeam matrem placida mox voce vocarunt,
Incola qua Phrygia est: Cyllenumq; Titiamq;
Qui soli fati urbes, qui regna gubernant,
Matrem & Idaea comites dicuntur, & ydem
Dactyli Idas Cretes: quos Nympha creauit
Anchiale terram stringens O Eaxida agri
Ambabus manibus Dictaeo proxima colli.*

Fuit autem Titias Heros indigena Cretensium, ut sensit Calli-
stratus libro secundo Heracleę: quem fabulati sunt Iouis fuisse
filium, cum tamen Callimachus in Hecale illum maiorem na-
tu Cimmetij Mariandyni filiorum tradiderit. ob huius felici-
tatem cum gens illa maximè res suas auxisset, illum postea He-
roem fati urbium præfectum existimari lege sãpserūt, ut in-
quit Theophanes, & Promachidas in ijs quę scripsit de Hera-
clea. ἀπιδιόθη γὰρ ὁ τῆς ἀπὸ μαριανδυνῶν, δι' ὅν μάλιστα τὸ
ἴδιον ἐκείνων ἡγήται τὴν γὰρ πρῶτον αἰετὸς οὐρανίου. *inter
Deos relatus est Titias à Mariandynis, quoniam per il-
lum gens illa maximè auxita est, & ad felicitatem est per-
ducta, atque de Rheia tot dicta sunt.*

¶ Nunc sententiam antiquorum ex his eliciamus. Dictum
autem fuit modò physicas rationes naturæ & elementorum,
modò vitæ rectè gubernandæ præcepta sub his fabulis fuisse
ab antiquis implicata. sic enim ea quę dicuntur de Rheia, per-
tinent ad elementorum naturam. Quòd autem Rheia terra
sit, vel vis terræ quæ ad generationem rerum pertransit, facile
patet ex eius parentibus, & ex illis quę ita scribuntur ab Apol-
lonio lib. 1. Argonaut.

Ἰνδία ἱε αἰετὸς

ῥόμβοι καὶ τυπάνοι Ἰνδῶν φρύγας ἰλάσονται.
ἡ δὲ που δύσγλας ἐν ἱπὶ φρίνα θῆκε θυλακῆς
ἀνταίη δαίμων τὰ δ' ἰοικότα σήματ' ἔχοντα.
δινδρεα μὲν καρπὸν χιόν' ἀεικτον' ἀμφὶ δὲ ποταμῶν
αὐτομάτῃ φύει γαῖα τρεῖς ἄνδρες ἀνδρα πύκνους
θῆρες δ' αἰλουῖς τε κατὰ θυλάχους τε λιπύντας,
ἡρῆσιν σάινοντες ἐπὶ ἁλυστον.

*Tympana cum rhombis adsunt placatur Et olim
A Phrygiis mater Divium Rheia, cum sibi sacra
Præmissis fieri haud dubiū vult obvia signis,
Arboribus fructus nascuntur: lumina florum*

sub

*Sub pedibus diua effundit mox Dadala tellus:
Iamque fera in syluis inquentes pignora, caudas
Motantes Diuam mulcent.*

Erat enim rhombus tota quædam parua, quam vertentes manuloris pondera ferri aut æris habentibus diuerberabant, vt scripsit Bacchylides: quod fieri consueuiffe inquit, ne quod verbum aut vox molesta inter illa sacra audiretur. ego autē illud fieri magis crediderim, quia terram ventis & imbribus vndiq; pulsari significarent. enimuero quare terra sit Rhea, & cur in curru vehi fingeretur, & cur tuttitam gestaret coronam, cūve haberet Gallos sacerdotes ita patefecit Lucretius lib. 2.

*Hanc Veteres Gratum docti cecidere poeta
Sedibus in curru biugos agitare leones,
Ærui in spatio magnam pendere docentes
Tellurem, neq; posse in terra sistere terram.
Adiungere feræ: quod quamuis esset a proles,
Officij debet molliori vitta parentum.
Muraliq; caput summum cinxere corona,
Eximij munita locis quod sustinet vrbes.
Quo nunc insigni per magnas didit a terras
Horrificè fertur diuina matris imago.
Hanc varia gentes antiquo more sacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiaiq; caternas
Dant comites, quia primum ex illis finibus edunt
Per terrarum orbem fruges capisse creari.
Gallos attribunt, quia numen qui violant
Matris, & ingratis genitoribus inuenti sint,
Significare volunt indignos esse putandos
Vinam progeniem quod in ora luminis edant.
Tympana tenta sonant palmis & cymbala circum
Concana, rancisq; imitantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulat numero cana tibia mentes,
Telasq; præportant violenti signa furoris,
Ingratos animos atq; impia pectora vulgi
Conterreret metu qua possint numine Diua.*

Hæc Dea vxor Saturni credita est, quoniam mutationibus elementorum tempus adest necessarium. Inde verò effectum est, vt marinorum omnium, & cœlestium, ac terrestrium Deorum pater Saturnus, ac Rhea mater crediti sint, cūm Dij ipsi vires

sint elementorum, ut dictum fuit, quæ cum tempore agunt.
Nam terram omnium corporum naturalium vinculum & fundamentum antiqui fuisse crediderunt, circa quam frequentiores fieret mutationes ad procreandum, atq; hæc non sine tempore patre. Hanc cum basin elementorum & vinculum esse animadvertetent, postea accidit Deos ac Deorum vires cognosci, rerumq; singularum actiones ab hominibus coli: cum omnia ab vno Deo proficisci minime adhuc intelligerent. Ex hac enim omnia pullulasse ita inquit lib. 1. Apollonius:

ἐκ γὰρ τῆς ἀνιμαί τῆς γῆς ἀνὰ τῆς, καὶ τῆς τῆς χερσὶν
πᾶσα πεπαισθηται, καὶ οἱ οἱ ἔσσι ἐλὺμαται.

*Ex hac sunt venti, tellus, atq; aqua nata
Ventosa, & casti flammantis a sidera mundi.*

At verò multo sapientior Orpheus hanc Protogoni, sine solius Dei summi filiam nominavit, cum omnia elementa, omnisq; mundi machina à Deo rerum omnium opifice profecta sit. Sed quid opus pluribus? Hanc ipsam Deam terram fuisse aperte declarant illa carmina Demetrii Byzantii, quæ sunt in 1. libro suorum poematum hoc pacto:

Ῥῆα θεὸν βασίλισσα, καὶ ἀπάντων γένετ' ἔρα,
ἀνθεὶ καὶ καρπῶν χαίρει, φιλέειρε δ' αἶμα,
πηδῶν ἀρχὴ, πατρῶν ἴδος ἀσφαλὲς αἰὶν.
τῇ περὶ γ' ἱερὸν ἔλκεται ἑλίσσεται ἕρπας ὕψι.
πάντ' ὅρα, παρ' ἑνὶ τόρ, πανταλγίς, διατίθῃ.
τῷ περὶ μὲν ἔσσι σκαίρουσι, καὶ ἄγρια πάντα
ἐπὶ λαὸν περτελίσσεται.

*Rhea Deum regina, virum prae dulcem alumna,
Fructibus & gaudens, strepitum latissime damon,
Fontibus alma parens sinuque aeternaque sedes,
Quam circum assidue caelum convolvitur altum:
Omnia fers, mulces, produci, & omnia nutris.
Te circum est semper rapidarum turba ferarum,
Blanditurque sua placide mulcedine canda.*

Hanc eandem Deam fuisse aliquando Tellurem vocatam, vel illa argumento esse possunt, quæ ipsi Telluri tribuebantur, & instrumenta, & vires quæ omnia Telluri, Vestæ, ac Rheæ conveniebant; quæ possumus facile ex his carminibus Alexidis perdiscere:

ἄντις

λαῖπτερ ἰμὴ τὰν, φρυγίων ἐρίπληρα λιόντων
 ἄδ' ἐμόνευς μύταυς ἔκ' ἀπάκτον ὄρε·
 ποίτ' ἄδ' ἰθὺς Ἀ' λείπει τ' εἰς ῥήματα λύσσης
 ἄνδ' το, χαλκοτύπ' παυσάμενος μακίη.
 κύμβαλά τ' ὀξύφθογα, βαρύφθογόν τ' ἀλαλιτόν
 αὐλῶν, ὅτε μέγ' ἔχον ἔκ' ἑκ' κίρατ.
 τύμπανά τ' ἠχῆντα, καὶ αἵματι φαιτ' ἰχθύντα
 φάσονται, καὶ ξανθὰ, τὰς περὶ ἰσχυρὰ κόμας.
 Ἰλαος ὦ δ' ἰσχυρὰ τὸν ἰν. νιότητι μακίητα,
 γηραλίον περὶ ἰρη παῦσον ἀγριουμένης.
Alma parens Tellus, Phrygiornum & alumna leonum,
Solis cultori vitæ adenda Dea,
Instrumenta sua dicat ista furoris Alexis:
Libera ab horrido hac ipsa furore dicat.
Gymbala sunt, rancoreque sono mox tibia: frontem
Lunata vitula cornua flexa vide.
Tympana sunt grauius pulsantia corda: cruenti
Sunt enses: sunt, quas dedicat ille, coma.
Sat fuit insanus iuuenis: miserere senecta,
O Dea, fac cesset quasumus ipse furor.

Finxerunt hanc in curru vehi, quia suapte natura terra in aere
 suspensa videtur, cum nulla te fulciatur, neque tamen in ali-
 quam partem magis declinet. Circa hanc feræ sunt, quia om-
 nia animalia ab illa producantur & nutriantur: quæ cum
 multas ciuitates habeat, merito corona turrata insignitur. In-
 strumentorum verò strepitus, vim significat ventorum, qui
 plurimum faciunt, & quasi lenones sunt ad omnia naturæ ne-
 gotia, cum sint frigoris & caloris non leues ministri, & tanquam
 pluiarum ac serenitatis vehicula. trahitur à quatuor ferocissi-
 mis leonibus eius currus, qui nihil sanè sunt aliud, quàm ob O-
 riente & Septentrione, & his à latere regionibus venti. Hi di-
 cuntur illam vehere, quoniam vis generationis plurimum illis
 adiunatur. Cum verò omnia ex illa fluere, & in ortum deduci
 appareant, iure Rheia ἀπὸ τῆ ρᾱν, siue à fluendo, dicta est. at
 nunc de Latona dicatur.

De Latona.

CAP. VI.

FVI t autem Latona Cœci ac Phœbes filia, vti testatur Apol-
 lodorus lib. 3. & Hesiod. ita in Theogonia: